



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 65. Sessio XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

militaris, animi fortitudine, rerumque ex-Sæcul. XV.  
perientia clarissimus, qui liberatoris Pa-A. C. 1433.  
triæ nomen sibi demereri gaudebat.

### §. LXV.

#### *Sessio XII. Basileensis Synodi.*

Interea temporis die decima tertia Julii, *Labbe Conc.*  
*quæ erat feria secunda, habita est Sef-to. 12. p. 548.*  
sio ordine duodecima, in qua Patres plu-  
ribus conquerebantur de mala Eugenii fi-  
de, cum, ut inquietabant, *nil aliud præten-*  
*dere videretur, nisi ut jus successoribus suis*  
*faceret, non solum abrogandi ritum sacrorum*  
*Conciliorum, sed & ipsorum decreta irri-*  
*tandi, & abolendi.* Postea eidem expro-  
brant, quanto jam ultra sesqui annum  
studio desudassent, ut tandem animum  
ejus moverent, atque ad fovendam Basi-  
leensem Synodum inclinarent, nunquam  
tamen ejus pertinaciam frangere potuiss-  
ent. Quapropter jam in eo erant, ut ad-  
versus ipsum definitivam condemnationis  
sententiam pronunciarent, veriti, ne ulte-  
rior eorum indulgentia ipsis noxia, Euge-  
nio autem ad perversa ejus consilia magis  
firmando opportuna esset. Verum Sigis-  
mundi precibus absterriti nil amplius at-  
tentarunt, quam quod alios adhuc sexaginta  
dies eidem præfigerent, quibus elapsis,  
nisi contumax, ac manifestus præ-  
varicator declarari vellet, mentem suam

Sæcul. XV. de dissolvenda vel transferenda Synodo  
A. C. 1433 revocaret.

§. LXVI.  
*Decretum citationis adversus Eugenium Papam.*

*Ibid. p. 509.* Ergo citationis decretum promulgant, sed verbis admodum acerbis conceptum; in eo quippe Papam convitiantur velut *incorrigibilem*, *Virum scandalizantem Ecclesiam*, illumque ab *omni ipsius Papatus administratione suspensum* declarant, prohibentque, ne fideles Eugenio ullanus ratione Papatus obedient, denique omnibus illius Prælatis præcipiunt, ut Synodum accedant.

§. LXVII.  
*Decretum de electionibus.*

*Ibid. p. 513.* In eadem Sessione Synodus aliud condidit decretum, quo renovat jus electionum ab Apostolis fundatum, & a primo Concilio Nicæno in quarto & quinto Canone confirmatum. Hoc decreto sanctum est. I. Generalis reservatio omnium Ecclesiarum, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, Monasteriorum, ac dignitatum electivarum per Romanum Pontificem de cætero fieri non debeat reservationibus in corpore juris clausis, & his, quas in terris